

propterea excludit comprehensionem Nepotum, aliorumque Descendentium, ut objecto respondendo, firmanunt *Fusar. de substitut. quest. 921. nu. 16. & seqq. Rot. coram Cels. dec. 176. num. 22. in Romana, seu Interamnen. Fideicommissi 1. Aprilis 1715. coram R. P. D. Meo Cerro, & in dicta Romana, seu Veliterna Fideicommissi 5. Junii 1719. §. Sed omnis, coram bon. mem. Ansaldo, & in Bononien. Immissiois sexta Julii 1721. §. Audito etiam, coram Eminentiſſ. Domino Meo Falconerio.*

Validius tamen voluntas Ludovicæ desumebatur, ex quo Donationem explevit pro renovatione ejus familiæ Guzzolinæ, quæ gloriatur habuisse S. Silvestrum fundatorem Monasticæ Congreg. quæ inde dicitur Silvestrina, ut refert Eminentiſſimus Petra in *Comm. ad Constitut. Apost. tom. 3. Constitut. 5. Innocen. IV. num. 2. & seqq. ideoque illam qualificavit diversis pactis, & conditionibus, inter quas principaliter enumeravit onus assumendi Cognomen, & Arm. ejusdem, ibi, Quod primus filius Masculus ex dicto Matrimonio nasciturus, assumere debeat Cognomen, & Insignia Nobilissimæ Familiæ de Guzzolinis, anteposenda illis de Pranzonis, & ita teneatur facere primus filius Masculus descendens ab ipso, vel ab illo, qui Uxorem duxerit, & sic in infinitum perpetuis futuris temporibus.*

Si enim indubitanter constat de perpetua in-junctione oneris, quæ quoscumque ultiores Descendentes afficiebat, ibi, & sic in infinitum perpetuis futuris temporibus, utique ex hujusmodi gravamine, quod grave reputatur ex animadvertis per *Gulielm. de Benedict. in cap. Rainutius verb. Raynutius de Cler. num. 50. Torr. de Major. Ital. parte 1. cap. 38. num. 70. bene agitur ad vocationem quoruncumque Gravatorum, ex regula, quod Testatrix onerare velle non præsumitur, quos non honoravit, de quo Text. in leg. quod ab eo C. de fideicom. Bârib. in leg. Carbonio num. 37. versic. Nam ex quo ff. de vulgar. Rocc. disputat. jur. cap. 22. num. 24. & seqq. Rot. coram Cavaler. dec. 454. num. 3. in recen. dec. 476. num. 13. part. 19. & in Romana fideicom. de Florentiis 26. Febr. 1717. §. Majori, coram Eminentiſſimo Domino Falconerio, & in puncto vocationis à gravamine assumptionis Cognominis, & Armorum, sine qua præceptum facile eluderetur, tradunt *Ludovic. Bell. conf. 52. num. 11. & seqq. & conf. 109. num. 4. & seqq. Cephal. conf. 196. nu. 10. & seqq. Ramon. conf. 15. num. 4. Raunden. de Analog. in append. parte 1. nu. 78. & seqq. Censal. ad Peregrin. de fideicom. art. 53. §. Secundo, Dias Peguer. dec. 101. num. 2. & seqq. Thesaur. dec. Pedem. 270. num. 10. Rot. coram Cels. dec. 401. n. 8. & plenè in Romana fideicommiss. de Avila coram Emerix jun. dec. 1059. nu. 1. & seqq. & dec. 1092. num. 2. & seqq. & 1. Martii 1694. §. Indubia, & per tot. & 14. Junii ejusdem anni §. Absque eo quod, & seqq. coram Muto, & 27. Januarii 1696. §. Validitas, coram Pio, quod sane facilius procedere debet ad inducendam vocationem Silvestri, qui non indefinitè tantum, sed expressè gravatus fuit, ibi, ià teneatur facere primus filius Masculus descendens ab ipso, vel ab illo, qui Uxorem duxerit, qui alius esse non poterat, quam Nepos, prout est Silvester, qui idcirco indubitanter filiorum appellatione comprehenditur, ex superius firmatis.**

10 Absque eo quod relevet auctoritas *Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 5. num. 34. asserentis, quod ex solo onere delationis Cognominis, non bene inferatur ad vocationem; ille quippe loquitur in casu valde diverso à præsentis: nam quæſtionem*

agit pro inducendo Fideicommissio perpetuo, & absoluto ex solo onere inuncto uni tantum Personæ, quod est valdè diversum à præſenti hypothefi, in qua ultra conjecturas superius expensas pro duratione Fideicommissi, onus deserendi Cognomen, & Arma per viam pacti, & conditionis adjectum fuit non solum filiis, & Nepotibus, sed etiam Descendentibus in infinitum, in quibus terminis, ex solo onere Cognominis, & fortius juncto cum aliqua etiam levi conjectura, resultare Fideicommissum, tradiderunt distinguendo casum, à casu, *Ludovic. Bell. dicto conf. 52. num. 4. & præcisè confutando auctoritatem Molin. Rot. coram Emerix jun. dicta decif. 1092. nu. 9. & duobus seqq.*

Quin magis relevet, quod onus assumptionis Cognominis, & Armorum, minimè legatur in Capitulis Matrimonialibus, & in instrumento ratificationis, sed in solo Mandato Procuræ, quod utpotè solemnitatibus desinitum, nullam vim obtinere valeat. Objectum enim facillimè diluebatur: Nam cum Capitula, & Instrumentum ratificationis, celebrata, & stipulata appareant relative ad Mandatum Procuræ, & in illius confirmationem, & executionem, & cum omnibus pactis, & conditionibus in illo contentis, parum obesse videbatur, quod in illis tale onus assumptionis Cognominis non fuerit repetitum, attenta virtute, & efficacia relationis, quæ operatur, ut omnia, & singula in relato contenta, repetita & approbata intelligantur in referente, ex firmatis per *Rot. in Forolivien. fideicommissi Antonia de Corbicus 2. Martii 1722. §. Si igitur, & 22. Junii ejusdem anni §. Sed & certius, coram bon. mem. Lancetta. Nullitas verò ejusdem Mandati, desumpta ex defectu solemnitatum, cessare visa est ex eo, quod agebatur de actu gesto, contemplatione certi, & determinati Matrimonii, in quo solemnitates minimè requirebantur pro illius validitate, ad tradita per *Rot. coram Emerix junior. decif. 1037. à nu. 1. ad 5. coram Benincas. decif. 293. nu. 5. & sequent. in Eugubina Dotis, & fructuum 17. Junii 1712. §. Sicuti, coram Reverentiſſimo D. meo Aldrovando, & in confirmatoria 14. Junii 1713. §. Etenim, §. Et summo cum seq. coram Eno D. Card. Scotto.**

Probata igitur existentia Primogenituræ, ejusque purificatione ad favorem Silvestri, minùs obſtare videbantur detractiones, quarum respectu, Creditores sustinere prætendebant executionem, seu relaxationem Mandatorum contra bona Primogenitalia Ludovicæ. Prima enim consistens in medietate Dotis scut. 2000. Polyxenæ Confaloneriæ, quæ pro medietate hæredem scripsit Ludovicam Guzzolinam filiam, & Joannem Baptistam Pranzonum Generum, ex cujus Persona agunt Creditores contra hæreditatem Ludovicæ, tamquam hæredis Joannis Baptistæ Guzzolini præfatæ Dotis debitoris, parùm relevare visa est: Nam ultra quam quod diminuta remanebat ex Legatis, & aliis debitis ejusdem Polixenæ solutis per Authores Silvestri propius urgebat, quod hujusmodi detractio faciendâ erat ex bonis liberis Ludovicæ, quæ in summa scut. 1800. adfuisse constat, præter illa, quæ comprehendebantur in Donatione, seu Primogenitura, adversus quam, non nisi in subsidium, & deficientibus bonis liberis, actio hujusmodi per Creditores potest exerceri, *Rot. coram Cerro dec. 926. n. 9. Coram Emerix jun. dec. 475. n. 4. in rec. dec. 222. n. 21. part. 18. & in Ferrar. erectionis Collegiat. super detract. 7. Junii 1715. §. Respectu verò, coram Eminentiſſ. D. meo Falconerio.*

Neque magis urgebat, quod ex dicta Primogenitura,

nitura, faciendâ sit altera detractio legitimæ debitorum Silvestro seniori & Antonio Mariæ filii præfatæ Ludovicæ: Nam cum isti Donationi per Ludovicam Matrem exarata occasione Matrimonii, suum consensum præstiterint, illamque approbaverint, & ratam habuerint pro omni suo Jure & Interesse, etiam ratione legitimæ, ulterius etiam donando quidquid habere possent super bonis Paternis, & Maternis; Exinde fit, quod ex tali consensu, seu Donatione, omne jus amiserunt pro consecutione Legitimæ super bonis renunciatis, quæ modò etiam impedimenti esse debet Creditorebus, ad hoc, ne ex eorum Persona quidquam petere possint, cum venire non valeant contra factum, & voluntatem illius, ex cujus Persona legitimæ detractio prætenditur, ex firmatis per *Cardin. de Luc. de Dot. discurs. 155. num. 21. & sequent. Rot. in Beneventana nullitatis Testamenti, super retentione 13. Februarii 1708. §. Non sic, coram Eminentiſſimo Scotto, in Meleventana fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Ulterius, & in confirmatoria 8. Aprilis 1715. §. Exulante, & seqq. cor. eod. Eno Scotto.*

Quò verò ad Legitimam prætenſam ex persona Josephi, obſtare videtur præceptum Ludovicæ Matris, quod scilicet deberet imputare in ejus Legitimam hanc Donationem, quam cum ipse sub tali pacto acceptaverit, & commodum ab ea per ceperit per spatium longi temporis, inde fit, ut quidquid sibi ratione Legitimæ competere poterat, cum fructuum primogenialium emolumento compensatum remanſit, ut firmant *Peregrin. de fideicommiss. art. 26. num. 89. & 90. Rot. apud Palm. decif. Lucen. tom. 2. decif. 173. num. 13. coram Priolo decif. 239. num. 18. & bene cor. Emer. jun. decif. 1256. num. 8.*

Parùm relevante, quod renunciacioni hujus Legitimæ, obſtet præcedens reciproca Donatio, quam fratres inter seipſos exaraverant de omnibus bonis tam præſentibus, quam futuris, cujus vigore Creditores contendebant Jus ipsis fuisse quæſitum super bonis donatis. Nam ultra quam quod non probatur Creditorum existentia ante præfatam Donationem, semper urget, quod cum ageretur de actu inter eosdem fratres reciproco, & ipsos tantum tangente, potuerunt concorditer ab illo recedere, mediante consensu præſtito Maternæ Donationi, *Rot. in Romana fideicommissi R. P. D. Pauli de Alvaris 7. Decembris 1714. §. Levioris, & seqq. coram Eminentiſſimo Scotto, & 14. Junii 1715. §. Muzuro, coram bon. mem. Lancetta; Non obſtante aſſerto præjudicio Creditorum: nam præfata Donatio includere non valebat Legitimam, quæ tamquam Jus quærendum, incertum, & eventuale, causam habens de futuro, potuit etiam in præjudicium Creditorum renunciari, ut contrariis re-jectis, tradit *Bald. in leg. fin. num. 3. Cod. de pact. bene Hodiern. ad Surd. dec. 140. num. 12. cum seq. Mangil. de imput. qu. 4. nu. 17. & seq. Rot. dec. 292. num. 29. cor. Bich.**

Demùm non facit, quod petente Josepho Donatario admiſſionem ad ſucceſſionem in bonis hæreditariis Ludovicæ Matris in Donatione non contentis, Rota demandaverit per Sententias bon. me. Bevilacqua, & Emerix, collationem bonorum donatorum, exinde inferendo, quod pro rata collata bona evaſerint libera favore Creditorum; Probatur quippe fuit, quod Lis, quæ tunc agebatur, non erat inter omnes fratres dictæ Ludovicæ filios, sed solum dictæ Josephum, & Alcanium, qui sicuti dictæ Donationi Matris nullum consensum præſtiterat, ita ejus Legitimæ Jura in-

tacta præſervare potuit, unde tamquam res inter alios acta, nullum irrogare valuit Silvestro præjudicium, cui fuerat Jus quæſitum ex Donatione Ludovicæ, & filiorum, *Rot. coram Bich. decif. 559. 19. num. 16. & in Recen. decif. 14. num. 2. part. 18. in modum ut Creditores quocumque Jure deſtituti super illis bonis, juxta ſecundi Dubii partem, nullam Mandatorum relaxationem, aut executionem valeant obtinere.*

Et ita 5. & 6. ex Dominis Suffragantibus reſolutum fuit. Utraque &c.

REVERENDISS. P. D. CRISPO

Archiepiscopo Ravennaten.

ROMANA ALIMENTORUM.

Veneris 23. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac Decisione de alimentis debitis filiis legitimatis per reſcriptum, scilicet de eorum quantitate, & loco ubi ſint præſtanda.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta filiis per reſcriptum legitimatis debita majora ſunt illis debitis filiis naturalibus, minora illis filiorum legitimorum & naturalium.
- 2 Alimentorum materia pendet ab arbitrio Judicis.
- 3 Neceſſitas & honeſtas in assignatione alimentorum debent æqualiter conſiderari.
- 4 Alimentorum nomine quæ veniant.
- 5 Alimentorum congruitas probatur ab exemplis & num. 6.
- 7 Limita ubi concurrunt diverſitas rationis.
- 8 Pater regulariter filios alere non tenetur extra ſuam domum.
- 9 Limita ſi gravis interveniat cauſa.
- 10 Lis super alimentis cur non dicatur cauſa ſufficiens.

DECISIO XXIII.

Delata ad me Cauſa appellationis à Nicolao Marcello, & Paulo de Rondaninis ſuppoſitis filiis naturalibus Marchionis Alexandri Rondanini per reſcriptum tamen legitimatis interpoſitæ adverſus Sententiam latam in Tribunali A. C. per quam declaratum fuit, dictum Marchionem Alexandrum teneri illis præſtare alimenta juxta normam in eadem Sententia expreſſam, propoſui hodie Dominis meis Dubium, An alimenta debeantur, & quomodo, & in qua ſumma ſint taxanda, quod fuit reſolutum, Affirmative, juxta modum inferius aperiendum, in omnibus ferè conſentaneum Sententiæ ſolita cum prudentia, & maturitate per R. P. D. A. C. de Gentilibus editæ.

Omiſſa itaque indagine circa oblationem in genere D. Marchioni Alexandro uti ſuppoſito Patri naturali inhærentem, quæ in præſenti Judicio inter Partes non revocabatur in controverſiam, ſtriſteque redacto Cauſæ momento ad normam, & ſummam hujusmodi alimentorum ſubmiſtrationi præſtandam, Domini præliminariter animadver-

tebant, hosce filios nec esse considerandos tanquam verè legitimos, & naturales, sed nec etiam uti merè naturales, proindeque in decernendis favore ipsorum Alimentis mediam tenendam esse Viam, juxta quam ipsi assequantur alimentariam portionem, majorem quidem illà, quæ debita esset filiis merè naturalibus, sed infimul inferiorem altera, quæ præstanda esset filiis legitimis, & naturalibus ad tradita per *Molin. de Primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 15. in fin. Boss. de Matrim. rom. 2. cap. 6. num. 63. & seqq. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 5. num. 30. Rot. dec. 429. nu. 4. cor. Penia.*

Jactò autem hoc præliminari fundamento descendentes Domini ad explicandum illud Juridicum arbitrium, in quo subjectam materiam alimentariam ferè totam versari tradit *Rot. dec. 355. num. 3. & seqq. cor. Cerro, dec. 306. nu. 11. part. 19. rec. in Romana annue præstationis super alimentis, & sumptibus luis 18. Martii 1700. §. Quo verò coram Eminentissimo Scotto, & in Romana Filiationis 22. Martii ejusdem anni §. Cum enim coram bon. mem. Muto; Existimarunt in hujusmodi Alimentorum, ac tractamenti assignatione contemperandos invicem esse terminos necessitatis, & honestatis, sive honorificentis, ita ut in neutrum deflectatur ex vitiosis extremis, nempe vel in immodicum luxum, vel in rei familiaris angustiam. Qua proinde retenta methodo conveniunt iidem Domini Alimentorum nomine assignandum dd. Fratibus esse tum commodum congruæ, & sufficientis Habitationis omnibus necessariis suppellecilibus instructæ, & quidem in mansionibus, quæ nec nobiliorem, neque deteriolem, sive minus nobilem Domus partem constituent, sed mediam veluti speciem participant; Tum etiam congruum, & condecemtem victum unà cum mensuris feut. 10. pro quolibet de semestre in semestre anticipatè persolvendis ad effectum comparandi vestitum, & prospiciendi eorum ordinariis indigentis, præcisivè tamen ab expensis extraordinariis medicinalium, aliisque quibuscumque necessariis in casu ægritudinis; Tum demum operam duorum ex famulis Marchionis Alexandri, qui necessarium ipsis Fratibus, tam Domi, quam extra famulatum exhibeant, ita tamen, ut ipsi adhuc remaneant in albo Familiæ, seu famulorum dicti Marchionis Alexandri, penes quem in sequelam solutionis salarii, sive stipendii, residere etiam debeat facultas illos dimittendi, ac renovandi. Quæ omnia cum satis esse visa fuerint ad honestum, & commodum vitæ cultum, ideò denegandum iidem Domini duxerunt factum Currus, seu Rhedæ, utpotè supervacaneum, vel saltem non necessarium ad vitæ etiam honestæ rationem.*

Quamquam verò hujusce Alimentariæ assignationis justitiam satis superque ostendere visa fuerit ipsamet palmaris illius congruentia, attamen ad eam uberius patefaciendam univoce etiam conspirabant quamplura exempla per Defensores Marchionis Alexandri adducta, ex quibus patebat, vel similem, vel circiter parum discrepantem à Tribunali nostro pluries habitam fuisse rationem in taxatione Alimentorum etiam pro filiis legitimis, & naturalibus ex aliis pariter nobilibus Familiis, ut promiscuè recognosci potest penes *Rot. dec. 184. num. 9. cor. Penia, decif. 588. num. 4. coram clar. mem. Card. Cerro, decif. 417. num. 22. part. 16. & dec. 717. n. 23. & seqq. part. 18. rec.* Quæ quidem praxis servata in prædictis casibus indifferentibus, jam facile patet, quo potiori titulo servanda sit in prænotatis subjectæ hypothetis circumstantiis,

ad quarum de cætero etiam tramites exuberantem hujusce Alimentariæ assignationis congruentiam satis convincere visa fuerunt alia exempla in terminis filii naturalis legitimitati ex alia nobili familia relata per *Rot. decif. 429. sub num. 4. & decif. 465. ferè per tot. cor. Penia, & in terminis filii naturalis ex alia prænobili familia eadem Rot. decif. 95. num. 12. & decif. 148. num. 5. & seqq. cor. Duran.*

Atque hinc frustra ex parte Fratrum de Rondaninis obtendebatur stylus regionis, hoc est, Almæ Urbis, ubi hodie luxus in immensum excreverit, Dignitas, Decus, & opulencia Familiæ, ejusque solitum desumptum ex eo, quod constat sub anno 1649. Nicolao progenito ex eadem Familia constitutum fuisse assignamentum mensurorum sc. 100. ultra quotidianum victum, habitationem, & currus mantentionem. Etenim aperta disparitatis ratio deduci visa fuit ex eo, quia dictus Nicolaus erat Filius Primogenitus legitimus, & naturalis, qui per obitum Patris jam actu successerit in Primogenituram, & juxta prænotatum modum se per viam temperamenti provisionaliter composuit cum Matre, quæ relicta fuerat hæres usufructuaria. Unde ab hisce adeò qualificatis facti circumstantiis satis liquet nullam fieri posse illationem ad casum præsentem, in quo diversi habendi sunt respectus, ac dispar est servanda methodus pro regulanda Alimentorum taxatione, ut superius firmatum fuit.

Jam verò transitum faciendo ad aliam Dubii partem versantem circa modum, juxta quem præstanda erunt dd. Alimenta, Domini declararunt, ea non aliter esse subministranda, quam in Domino propria Marchionis Alexandri, cum explorati Juris sit Patrem regulariter non teneri ad præstanda filiis Alimenta extra Domum, juxta Doctrinam *Castron. in l. Quidam cum filium num. 6. ff. de verb. oblig. Riminald. jun. cons. 132. num. 23. Cyriac. contr. 33. num. 6. & seqq. Gratian. discept. 552. à num. 41. ad 45. Saminat. contr. 127. num. 40. & seqq. Mans. consult. 43. num. 1. Boss. de Alimen. part. 2. cap. 11. num. 668. Paschal. de Patr. potest. part. 2. cap. 3. num. 73. Rot. dec. 184. num. 3. cor. Penia, & in Firmana Alimentorum 1. Julii 1712. §. Final. cor. Eminentissimo Scotto; Ita quidem ut non nisi ex causis gravibus, ac legitimis tendentibus, vel ad evitanda pericula, vel necessitatis, sive honestatis speciem præferentibus, quarum tamen nulla in præsentis hypothetis concurrere videtur, ad præstanda extra Domum Alimenta, obstringi possit, ut notat *Antonel. de Loc. legal. lib. 2. cap. 19. num. 27. Saminat. dicta contr. 127. num. 40. & seqq. Adden. ad Rot. decif. 636. num. 129. & seqq. part. 4. tom. 3. nec impari cæteroquin ad hunc effectum remanente sola causa præsentis litis, cum alioquin litium suscitatio, utpotè dependens à voluntate, & libito Alimentarii, posset ipsi semper tutum parare præsidium ad effectum cogendi alteram Partem ad subministranda Alimenta extra Domum, ut ad rem advertit *Riminald. jun. d. Cons. 132. num. 15. Torr. Var. Jur. quæst. tom. 1. tit. 4. quæst. 4. numer. 6. Adden. ad Rot. d. decif. 636. numer. 176. part. 4. tom. 3. rec.***

Et ità &c. utraque &c.

REVEREND.

REVERENDISSIMO PAT. D.

CRISPOLTO.

REATINA LEGITIMÆ

Lunæ 31. Januarii 1724.

ARGUMENTUM.

Substitutio pupillaris facta filio in re certa instituta quando resolvatur in fideicommissariam, ita ut Matrem non excludat.

SUMMARIUM.

- 1 Egidiana constitutio quomodo procedat.
- 2 Substitutio pupillaris expressa inducitur per mentionem pupillaris ætatis.
- 3 Substitutio pupillaris expressa excludit matrem ab hæreditate impuberis de jure canonico.
- 4 Item de jure civili.
- 5 Substitutio prædicta quando resolvatur in fideicommissariam & matrem non excludat, & n. 9. & 11.
- 6 Verbum succedat relatum ad bona, non ad personam, est commune.
- 7 Explicatur Text. in Cap. si Pater de Testam. in 6.
- 8 Explicatur nonnullæ decisiones Rotæ in hac materia.
- 10 Verba communia in substitutione facta impuberi in re certa instituta non habent sensum directum nisi validis concurrentibus conjecturis.
- 11 Explicatur Text. in L. Cohæredi §. fin. ff. de vulg. & pupillar.

DECISIO XXIV.

Honorabili titulo Institutionis Jo. Baptista Pittorri in ultimo, cum quo decessit, Elogio, relictis sc. 600. Francisca unicæ ejus Filie, in reliquos, quod hæreditatis suæ superextabat, universales sibi scripsit Hæredes, tres suos Fratres Germanos, quos etiam succedere voluit in dd. sc. 600. si eadem Francisca in Pupillari ætate, & sine Filiis obiisset. Cumque paulo post mortem Patris, Pupilla decesserit, Superstite Joanna ejus Genitrice, ad istius favorem in Tribunali A. C. per Sententiam concessa extitit immisso ad tertiam partem pro indiviso omnium bonorum Hæreditatorum Testatoris, Jure & titulo legitimæ debitæ eidem Joannæ ex persona memoratæ Francisca communis Filie, & in pupillari ætate defunctæ. Quamobrem delegata mihi Causa appellationis ad Instantiam dd. Fratrum de Pittorris cum clausula. *Constituto, quod sit locus Egidiana, consilii hodiè DD. meos super consueto dubio, cui responderunt: Affirmativè juxta modum.*

Notoria quippe est dispositio istius Constitutionis, quæ locum habet in omnibus Terris, & locis Romano Pontifici immediatè subjectis, & in quo-

libet Judicio Possessorio, quoties Sententia sit valida, & justa, & lata fuerit prout in casu inter Personas Laicas, ac super rebus, & Bonis Laicalibus, ut notant *Vest. & Ridolph. in præxi Hic. par. 2. cap. 6. n. 132. cum seqq. Ille lib. 7. cap. 3. per tot. Rot. in Romana Legiti, seu Legitimæ 28. Februar. 1695. §. Verum quia in fin. coram Emo Scotto; & alibi frequentissimè.*

Validitas Sententiæ adeò nitidè consuebat ex resolutione Processus, ut nulla inter Partes circa eam emerferit controversia. Justitia verò perspicue itidem effulgebat, ex eo, quod licet in substitutione, de qua disputatur, Testator mentionem fecerit pupillaris ætatis verbis specialibus, quæ importare videntur pupillarem expressam, ut relatis antiquioribus ponderat *Barr. de success. lib. 4. tit. 1. n. 1. cujus virtute regulariter Mater excluditur à Luctuosa Filii sui Impuberis hæreditate, tam de Jure canonico in cap. si Pater de Testamen. in 6. quam de Jure civili, ut in l. Lucius 45. ff. de vulg. & pupill. cum cæteris deductis per Rot. in Ariminen. Bonorum 16. Maii 1692. §. Absque eo quod cor. bo. me. Molines, & in Aprutina Pecuniaria 3. Martii 1704. §. Non obstante cor. Emo Scotto. Tamen regula fallit, quando, prout hic, Impubes institutus non legitur universalis Hæres, sed tantum in re certa, seu certa quantitate, alio dato cohærede Universalis, & substitutio refertur ad illam certam quantitatem Impuberi relictam, atque explicata noscitur per verba communia, non verò omnino directæ, & civilia, cum in istis circumstantiis, tamen in substitutione facta fuerit mentio pupillaris ætatis, adhuc illa dici neutiquam queat pupillaris; sed remaneat omni tempore fideicommissaria, quæ minimè excludit Matrem à luctuosa prædefuncti filii impuberis Hæreditate juxta celebrem, & individualem Theoricam *Bart. in l. Centurio numer. 35. ff. de vulg. & pupill. substit. & in his terminis latè tradunt Barry de success. lib. 4. tit. 1. numer. 15. & tit. 5. numer. 3. Card. de Luca de fideicommiss. disc. 121. numer. 2. & disc. 132. numer. 3. Rot. post Merl. de Legiti. decif. 22. numer. 1. & per tot. & decif. 63. numer. 4. cum seqq. plenissimè in Firmana fideicommissi 17. Martii 1702. §. fin. cor. bo. me. Muto, & magistratè in Auximana Successionis 13. Martii ejusdem Anni §. Sexta regula coram bo. me. Ansaldo.**

Quod autem Institutio, de qua disceptatur, consistat dumtaxat in quantitate certa, aliis datis Cohæredibus universalibus, quodque Substitutio ad eandem signatam, & certam quantitatem fuerit coercita verbis non omnino directis, & civilibus, sed communibus tantum, convincebatur apertissimè ex simplicibus, & nuda litera testamentariæ dispositionis præd. Joh. Baptista Patris, quæ in hac parte comperiebatur nimis clara, & nulla indigens Glossa ibi: *Erede proprietaria instituitse &c. nella somma di sc. 600. con. Paconcio de Panni Francesca sua Figlia legitima, e naturale, e nel rimanente di tutta la sua Eredità, & istituitse &c. suoi Eredi proprietari li suoi Fratelli Carnali &c. e morendo d. sua Figlia in età pupillare, e senza figli legittimi, e naturali, vuole, che SUCCEDINO IN DETTA SOMMA li suoi Fratelli come sopra instituiti: Et quod d. verbum SUCCEDINO quoties, ut in casu, non refertur ad Personam, sed ad Bona, non sit omnino directum, & civile, sed commune animadvertit *Spad. conf. 325. numer. 4. & 5. vol. 3. Rot. cor. Mant. dec. 367. numer. 8. & indistinctè ad effectum excludendi pupillarem firmant Bart. in d. l. Centur. numer. 52. ubi Add. lit. C. ff.**